



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

§. III. Aliud argumentum difficile, ex immutabilitate Dei desumptum,
proponitur, & variæ ejus solutiones referuntur, ac refelluntur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

per modum potentie receptibilis, sed ad modum
actus perficientis, respectu naturæ quam terminat:
Ergo &c.

14. Melius ergo ad argumentum respondetur, negando Antecedens, & ad ejus probationem, sic distinguendo Majorem: Implicat Deum, seu divinam subsistentiam, habere rationem formæ, seu causæ formalis, physicæ, concedo: metaphysicæ, nego. Similiter distinguo Minorem: Deus non potest supplere vices subsistentiæ creatæ, & constituere naturam creatam subsistentem, nisi per modum formæ, metaphysicæ, concedo Minorem: physicæ, nego Minorem, & Consequentiam.

15. Explicatur & magis illustatur hæc solutio: Triplex datur genus formæ, seu causæ formalis, nempe physica, metaphysicæ, & intelligibilis, inter quas hoc intercedit discrimen, quòd forma physica, cum sit essentialiter pars, subindeque aliquid incompletum, & ~~dependens à toto~~, & ab alia comparatè, essentialiter involvit imperfectionem à qua præcindi & denudari non potest; forma verò metaphysica, cum non le habeat propriè per modum partis, sed per modum actûs, & constitutivi, nullam in suo conceptu formali dicit imperfectionem, sed potius summam actualitatem & perfectionem: Idem dicendum est de forma intelligibili, illa enim non ordinatur ad componendum unum tertium, sicut forma naturalis, sed solum ad representandum objectum, cujus est formalis similitudo, & ad determinandum & perficiendum intellectum, ad intelligendum; quod tantò melius & perfectius præstat, quanto completior & actualior est, unde in Tractatu de visione beata fusè declaravimus. Utinè licet implicet Deum supplet vices causæ formalis physicæ, non repugnat tamen, ipsum formæ metaphysicæ & intelligibilis munus obire, fed de factò in mysterio Incarnationis primum præstat, secundum verò in beatitudine, in qua essentia divina unitur intellectui beatorum, per modum speciei impressæ, & expressæ, ut loco citato fusè ostendimus.

Diff
2. ar.
3. 5. 2

16. Advertendum tamen, quod sicut Deus & Angeli, licet revera sint per se, non solent tamen hoc nomine appellari, ne ipsorum perfectioni derogetur ita substantia & existentia, licet munus causæ formalis exercent, respectu naturæ quam complect & terminant, propter rationem oppositam, ne scilicet habere videantur plus entitatis quàm de facto habent, non solent vocari formæ naturæ, sed actus, modi, termini, & complementa illius, quæ tamen rationes, seu denominationes, casualitatem quandam formalem involvunt, ut ex supra dictis patet. Unde si quandoque in cursu huius Tractatus dicamus, substantiam habere rationem puri termini, respectu naturæ humanæ, nullamque erga illam exercere casualitatem, per hoc solum rationem formæ physicæ, quæ involvit imperfectionem incompletæ & informationis, non verò rationem actus & formæ metaphysicæ, quæ ab omni imperfectione depurari potest, excludere intendimus.

§. III.

*Aliud argumentum difficile, ex immutabilitate Dei de-
sumptum, proponitur, & varia ejus solutiones
referuntur, ac refelluntur.*

17. Hoc argumentum potest sic breviter proponi:
H Implicat Deum intrinsecè mutari; Sed per In-

A carnationem mutaretur intrinsecē: Ergo impo-
 sibile est Deum incarnari. Maior est certa, & pater-
 dictis in *Statutu* de attributis, explicando ambigui-
 tum immutabilitatis. Minor probatur. Mutaretur
 aliter se habere intrinsecē nunc quam prius. Sed
 Deus incarnari, aliter se haberet intrinsecē prius
 prius, nam fieret intrinsecē homo, cum antea
 intrinsecē homo non esset: Ergo mutaretur intrin-
 secē.

Mirum est quantum hæc difficultas Theolo-
rum ingenia torqueat, & in quam varios dia-
modos eos atque compellat. In primis enim Volo-
tia hic dīp. 1. quæst. 1. puncto 2. ait quod ut aliquis
intrinsicè mutetur, debet acquirere aliquid quod
antea nec formaliter nec eminenter habebat. **B**
cum Deus ante Incarnationem eminenter
rationem præhaberet, non fuit mutatus, quia ipse
Incarnationem eam sibi univit formaliter.

Sed hic modus dicendi non viderit sufficiens ad conciliandam divinæ naturæ immutabilitatem cum mysterio Incarnationis: illud enim quod eminetur tantum tale, si postea fiat formaliter tale, verè mutatur; v. g. Sol continet eminentè calorem, ut docet S. Thomas quæst. 7. de potentia, ad 3. & tamen si fieret formaliter calidus, verè daretur & mutaretur. Angelus habet eminentè virtutes morales moderatrices passionum, nihilominus, si formaliter illas reciperet, verè mutaretur. Item si Deus de novo intelligeret per intellectum creatam, aut accidens aliquod creatum de novo immediate reciperet, intrinsece mutaretur, & omnes faterentur, & tamen intellectio creata, & quolibet aliud accidens, eminentè continuatur Deo: Ergo mutationi intrinsece non obstat contentia eminentialis formæ de novo acquire, & noviter ad eamientis subiecto, quantum ad esse male.

Confitimur: Ad mutationem intrinsecam
cit quod (subiectum sit aliquo modo in potentia ad
aliquam formam, intrinsecè in illo recipiente:
mutatio enim nihil est aliud quam transitus eius
existentis in potentia, secundum quod in potentia
Sed subiectum eminenter præcognoscens formam,
et illam non habens formaliter, est aliquo modo
potentia ad illam, cum sit potens illam recipere
formaliter: Ergo intrinsecè mutatur, per recepti-
onem illius, quantum ad esse formale.

Secundo aliqui respondent, per Incarnat
tionem Verbum non mutari in intellectu, quia
illam non perficitur, nec in suo esse, nec in
operationibus, cum æque bene fide humanitas
existeret, & fuis exerceret operationes ab huma
nitate separatum, ac illi in intellectu unicum. In
Franciscus Amicus, disputatione 1. de Incarnatio
ne scilicet. 1.

Sed non placet etiam hæc solutio: Aquasque per calorem mutatur in sece, & tamen ab eo non perficitur, & si Deus de novo per electionem aut volitionem creatam intelligeret, aut vellet, intrinsece mutaretur, & tamen per talem intentionem aut volitionem non perficeretur: Ergo ex eo quod Verbum Divinum per humanitatem assumptam non perficiatur, male inferitur ipsam non mutari intrinsece, si semel conceditur humanitatem, intrinsece afficere Verbum Divinum, quod eointrinsece recipi,

Confirmatur : Dato quod Verbum intrinsece recipiat humanitatem , ut verum subjectum illius, salvatur in transitu Verbi de non esse hominis ad esse hominis , tota definitio mutationis intrin-

intrinsicè: Ergo hoc admissio, intrinsicè mutatur, A
quævis non perficitur intrinsicè in suo esse in-
creato, vel in propriis operationibus. Consequen-
tia patet. Antecedens probatur. Transitus ille est
adus in potentia prout in potentia passiva & te-
cepiva formæ: Sed hæc est mutationis definitio:
Ergo in illo transitu saluatur integra & adæquata
definitio mutationis.

Tertio respondent alii, Verbum Divinum
non esse per Incarnationem mutatum, quia non
est intrinsicè, sed extrinsicè tantum humanitati u-
nitum. Sed hoc facile rejicitur, quia ex hoc seque-
tur Verbum extrinsicè tantum denominatione esse
hominem, subindeque non esse hominem ejusdem
rationis cum aliis hominibus, quod absurdum &
eroneum est.

Quarto alii inde excludunt intrinsicam muta-
tionem à Verbo, quia unitur humanitati assumptæ,
per modum quendam unionis, qui in sola huma-
nitate recipitur. Verum, præterquam quod modus
ille dicendi falsum supponit, quia, ut infra ostende-
mus, nullus inter Verbum & humanitatem mediat
modus substantialis unionis, sed illa extrema im-
mediate inter se conjunguntur; adhuc tamen non
solvitur difficultas: Nam licet unio animæ ratio-
nalis cum corpore in eo solo reciperetur, ut aliqui ex-
stimant, aut in sola anima, tamen utrumque muta-
tur per intimam adjunctionem alterius: Ergo
mutabitur Verbum mutabitur per Incarnationem, si
nihil aliud obstat mutationi.

Denique respondent alii apud Cardinalem De-
lugo disp. 1. de Incarnat. sect. 6. num. 71. humanita-
tem mutari in Incarnatione, quia unionem susten-
tat, Verbum autem non mutari, quia licet sit subje-
ctum unionis, illam tamen, nec humanitatem as-
sumptam sustentat.

Sed neque hic modus dicendi placet: Primò, quia
falsum est quod Verbum humanitatem assumptam
non sustentet, nam quæcumque natura creata su-
stentatur in supposito in quo subsistit: Sed humani-
tas subsistit in Verbo, supplente vices subsistentiæ
creatæ: Ergo ab illo sustentatur. Licet Verbum pro-
pterea dici non debeat subiectum sustentationis
respectu humanitatis, quia ad rationem subje-
cti non sufficit sola sustentatio formæ, sine receptione
illius, Deus enim accidentia in Eucharistia susten-
tat, & tamen quia ea non recipit, non potest dici
esse illorum subiectum.

Secundò, Est Verbum Divinum non sustentet
humanitatem assumptam, ex eo tamen non rectè
colligitur, ipsum non mutari per Incarnationem:
Etenim (ut rectè arguit prædictus Cardinalis) ma-
teria prima non solum mutatur per formas mate-
riales quas sustentat, sed etiam per animam ratio-
nalem, quam propriè non sustentat ut subiectum
(cum anima rationalis per se subsistens sit, & à ma-
teria independentes) sed potius magis ab illa materia
continetur & sustentatur; quod proprium est for-
mis separatis & per se subsistentibus, ut dicitur de
Angelis: Ergo ut aliquid mutetur per formam, non
requiritur necessariò quod illam sustentet, sed suf-
ficere quod illam in se recipiat, & esse quod ab illa
prestat: & per consequens, si Verbum est subje-
ctum humanitatem recipiens, quamvis illam non
sustentet, intrinsicè mutatur per Incarnationem.

Nec valet si dicas, materiam idè mutari per a-
nimam rationalem, quia licet illam quoad substan-
tiam non sustentet, sustentat tamen unionem ejus
cum ipsa: Verbum autem nec humanitatem, nec
unionem sustentat, & idè non mutatur per illam.

Tom. IV.

Non valet, inquam, non enim solum per unionem
animæ rationalis mutatur materia, sed etiam & pos-
sibilissimè per ipsam animam rationalem, & tamen li-
cèt sustentet unionem, non sustentat propriè ani-
mam rationalem: Ergo de ratione formæ realiter
immutantis, non est sustentari, nec de conceptu
subjecti ut mutabilis per formam, est illius susten-
tatio. Consequentia evidens est, Antecedens pro-
batur. Ab eo mutatur materia, à quo realiter infor-
matur, actatur, & perficitur: Sed principalis per
entitatem animæ informatur, actatur, & perficitur,
quàm per unionem: hæc enim solum est conditio
ad perficiendam & informandam materiam,
entitas verò animæ, ut ratio formalis se habet: Ergo
principalis per entitatem animæ rationalis, quàm
per unionem materia mutatur.

§. IV.

*Sententia P. Martini non rejicitur, & dicitur Verbum Di-
vinum, per unionem cum humanitate, non solum non
esse intrinsicè mutatum, sed nec etiam
innovatum.*

Pater Martinus, novissimus Societatis scrip-
tor, ut à difficultate proposita facilius se expe-
diat, docet hic disp. 1. sect. 4. num. 35 & sequentibus,
admitti posse in Incarnatione Verbum Divinum
verè fuisse innovatum, licet non intrinsicè muta-
tum; quia (inquit) ex unione ad humanitatem, nul-
lum commodum, vel incommodum, ornamen-
tum, aut dedecus, incrementum aut detrimentum
in suo esse intrinsicè suscepit, aut sustinuit.

Sed hic modus dicendi admittendus non est. In
primis enim quod ille Author asserit, nempe
Verbum per Incarnationem verè fuisse innova-
tum, pias aures offendit; quia æquè malè sonat
Verbum esse innovatum, ac esse immutatum; cum
hæc videantur synonyma, & ubicunque Scriptura
asserit aliquid innovari, licet pro hæc voce innova-
ri, substituere hoc verbum immutari: g. cum Ma-
chab. 1. dicitur quod est innovata civitas, Jerusa-
lem, licet substitui se est immutata, & cum Propheta
ait Psal. 72. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & re-
novabis faciem terra, locum renovabis, potest poni, immu-
tabis, & sic de aliis.

Confirmatur: Immutari nihil aliud sonat, quàm
alio modo se habere nunc quàm prius: Sed quod
innovatur, alio modo se habet nunc quàm prius:
Ergo quod innovatur, mutatur. Major patet. Mi-
nor probatur. Quod innovatur, novo modo se ha-
bet, ut ex ipsis terminis constat: Sed quod novo mo-
do se habet, alio modo se habet nunc quàm antea:
Ergo quod innovatur, alio modo se habet nunc
quàm prius.

Deinde, Quidquid potest innovari, potest
veterascere, cum novitas & vetustas sint cor-
relativa, & omnis innovatio supponat vetusta-
tem quæ transeat: Sed absurdum est dicere De-
um posse veterascere: Ergo & innovari. Unde
egregiè Tertullianus lib. 1. contra Marcionem:
Deus si est vetus, non erit: novitas initium testificatur,
vetustas finem minatur: Deus autem tam alienus est ab i-
nitio & fine, quàm à tempore arbitrio & metatore, initium
& finis.

Tertio, Est innovatio non sit vera & rigorosa
mutatio, est tamen quædam umbra & similitudo
mutationis: Sed in Deo non solum non est vera
& rigorosa mutatio, sed nec etiam vicissitudinis
obumbratio, ut dicitur Jacobus. Ergo nec innova-
tio.

Ecc. 2

vatio.